

## Aduertencias para

quia tenetur meliorem eligere in foro conf-  
 scientie, secundum Sanctum Thom. 2. 2. q. 60.  
 in art. 2. Sil. Electio. §. 16. secundum enim  
 quod ibi dicitur de electione, intelligitur e-  
 tiam in nostro proposito, quoniam utrobique  
 est eadem ratio, scilicet, quod melior præferatur  
 bono, ergo utrobique idem est iudicium. c. Cum  
 dilecta de confir. vii. vel inuti. Hic non lo-  
 quor de locis, in quibus iam est creatus Pa-  
 rochus ab eo, cuius hoc interest, ut est Rex  
 Hispaniarum in his Indijs. Neque in proposito  
 refert, an ex officio Minister oues curare ve-  
 lit, vel tantum ex Charitate. Neque refert, an  
 Minister ipse si est Regularis, velit se subii-  
 cere iurisdictioni Episcopi [maxime in his,  
 quæ attinent ad ouium curam, & ad Sacramen-  
 torum administrationem] an non. Sed tan-  
 tum proposito seruit, quomodo melius, & fi-  
 delius in omnibus curabuntur oues, meliori  
 scilicet Ministri exemplo, potiori, pabulo  
 doctrine, & Sacramentorum administratio-  
 ne securiori. Quandoquidem hæc ad oues  
 attinent, & non quod curentur per eum, qui ex  
 officio, vel ex charitate eas curet. Non enim  
 querunt oues, nisi quod melius eas suus curet E-  
 piscopus, vel per se, vel per alium à se depu-  
 tatum